Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOHAN

cum duo discipuli eius loquentem
et secuti sunt eum. Conuersus aut
ihesus et uidens eos sequentes se
dixit eis. Quid queritis? Qui dixe
runt ei. Rabbi quod interpratur
magister. Vbi habitas? Dicit eis.
Venite et uidete. Venerunt ⁊ uide
runt ubi maneret ⁊ apud eum
manserunt die illo. Hora autem
erat quasi decima. Erat autem
andreas frater symonis petri ex
duobus qui audierunt a iohane
⁊ secuti fuerunt eum. Inuenit h
primu fratrem suum symonem
et dixit ei. Inuenimus messiam
quod interpretatum est xpus. Et
ad duxit eum ad ihesum. Intuit
aut eum ihesus dixit. Tu es sy
mon . filius iohanna tu uoca
beris cephas quod interpratur
petrus. In crastinum aut uoluit
exire in galileam ⁊ inuenit phi
lippum. ⁊ dicit ei. Sequere me.
Erat aut philippus a bethsaida
ciuitate andree ⁊ petri. ⁊ inuenit
philippus nathanahel ⁊ dicit ei
Quem scriptit moyses in lege ⁊
prophe. inuenimus ihesum fili
ioseph a nazareth. Et dicit ei na
thanael. a nazareth potest aliqd
bonu esse. Dicit ei philippus. Ven
et uide. Vidit ihesus nathanael
uenientem ad se ⁊ dicit de eo. Ecce
uere israelita in quo dolus nō est. di
cit ei nathanahel. Vnde me nosti.
Respondit ei ihesus ⁊ dixit. prius
quam te uocaret philippus cum
esses sub ficu. uidi te. Respondit
ei nathanahel. et ait. Rabbi tu
es filius dei. tu es rex israel. Respon
dit ihesus et dixit ei. Quia dixi ti
bi te sub ficu. credis maius his
uidebis. Et dixit eis. Amen amen
dico uobis. uidebitis celum aperti
et angelos dei ascendentes ⁊ descen
dentes supra filium hominis.

Et die tertio II
nupcie facte in chana gali
lee. et erat mater ihesu ibi
Vocatus est aut ihesus ⁊ discipuli
eius ad nupcias. Et deficiente
uino dixit mater eius ad eum. Vi
num nō habent. Dixit ei ihesus. Quid
mihi ⁊ tibi est mulier. Nondum
uenit hora mea. Dicit mater
eius ministris. Quodcuq; dixit
uobis facite. Erant aut ibi lapi
dee hydrie sex posite secundum
purificacōem iudeorum. capientes
singule metretas binas ⁊ ternas
Dicit eis ihesus. Implete hydrias
aqua. Et impleuerunt eas usq; ad
summum. Et dixit eis ihesus. Hau
rite nunc et ferte architriclino. Et
tulerunt. Vt aut gustauit archi
triclinus aquam uinu factam ⁊ nes
ciebat unde esset. ministri autem
sciebant qui hauserant aquam.
uocat sponsum architriclinus ⁊ dicit
ei. Omnis homo primu bonum
uinum ponit. Et cum inebriati
fuerint. tunc id quod deterius est
Tu aut seruasti uinu bonum usq;
ad huc. Hoc inicium signorum
fecit ihesus in chana galilee. et
manifestauit gloriam suam. Et cre